

se profecisse putant; peccatum exerceat eos, qui illud committunt, efficaciter sepe ut sibi gloriæ vertant ea, quæ mortalibus universis horrorem clere deberent. Verum dicere possumus, eaque S. Gregorii sententia est, nos per humilitatem modo prioris opposito excitari, sancta beatæ caciitate, quæ efficit, ut non nisi virtute præditi putent se nihil boni facere, quamvis omnes illi, qui eos norunt, illorum exemplo edificentur. Vultine præclarum hujus rei exemplum in Sacris Scripturis de promptum? Moyses descendente de monte postquam tibi quadraginta dies fuerat conversatus, gratia, quibus cumulatus fuerat, erant tam uberes, ut extrinsecus etiam viderentur, faciemque illius reddent luminibus coruscantem. Sed fulgor hic ipsi ignovus erat, & ab Israelitis tantummodo videbatur. Qui illum intuebantur, omnes lucem tantam admirabantur; ipse vero ignorabat quænam esset eorum stuporis, & admirationis causa. Hoc ipsum accidit illi, qui vere humiles sunt, admirabilia habent talenta, repleti sunt gratia, & doctrina; omni virtutum genere ornati sunt; sed nihilominus se pauperissimos, atque imperfectissimos reputant; quia humilitas illis abscondit præclaras eas animi dotes, quæ aliorum merentur admirationem. *Penlon Archiepiscopus Cameracensis in delectis Sermonibus.*

Quare
Deus multus
gratias
coalescit.

Deus humilibus uberior suas communicat gratias; sed quorum istud? quia scit quibus pretiosum hunc thesaurum confidit, scit illos eorum fideles esse sequentes: illas nullam earum sibi vendicare, nisi que non uti secundum intentionem Domini sui, & ad majorem gloriam ejusdem. Dona quæ super illos effundit, sunt instar aquarum in vallibus effusarum, quæ quibus subsistant omnes redeunt ad mare in campum primam originem suam. Deus amat etiam in humilibus animabus honorem, quem tribuat veritati, acceptum referentes Creatori, quod ad illum pertinet, & quod non possit Deus permittere, ut illi sibi vindicarent, quin auctoritate sua probaret mendaciam. *Pater Segneri in Meditationibus.*

Pater
fugit
magnis
perpetuam
deum
hunc
sententiam
victorem

Aliquidne arduum, ac insigne aggressus es, ex quo Deus gloriam recipere possit? Ante omnia cogita, quod Deus restitit superbis, humilibus autem dat gratiam. Redi ad te ipsum, & si fieri potest usque in nihilum tuum. Agnosce infirmitatem tuam, ignorantiam, imperitiam tuam, atque tunc tui confidere poteris in auxilio Dei. Quo minus tui in bono opere, quod facturus es apparebit, eo magis oblectabitur Dominus suam potentiam ostendens: ita eligit infirmiora instrumenta, ut sua potentia magis eluceat. Hac animatus confidentia occurrere maxime difficultatibus; & quandoquidem pro te pugnat Omnipotens, de victoria ne dubites. *Idem.*

Christiana
non aut
humilitatis
invenit
causas

Ad inveniendam amplam humiliationis materiam, necesse non est, ut extra te ipsum egrediaris, intra temperatum querenda est. *Humilitatio tua in medio tui.* Metuendum etiam esset, ut conspiciens oculos in ea, quæ tibi circumstant, intumesceres, ac superbia inflareris; quia fortasse vires magnificas, quibus stipatus es fervorem vorantem; te ipsum loquacissimum inducunt vestigium; et auctoritatis solio sedentem, ab hominibus plurimi factum, & laudibus celebratum. Ac si converteris oculos ad ea, quæ intra te sunt, ibi non nisi temet humiliandi causas invenies. Satis est igitur, cogites quid fuisti, quid es, quid eris; una tantum ex tribus hisce considerationibus satis erit, ut confundaris. *Pater Segneri in Meditationibus.*

Omnia
Christi
humilitate
debetur
quod fuit
quod est
quod fuit
sum est.

Cogita anteaque vitæ tuæ flagitia; præsens ingratum tui vitium coram Deo; incertitudinem, & periculum, in quo versaris vitæ futuræ. Primum factus per peccata servus Dæmonis, & Dei tui inimicus merebaris æternis inferni flammis adjudicari; & hæc esse debebat pars tua in æternum. Hoc fuisti. Secundo posito, quod ex miserrimo eo statu emergeris, quem grati animi sensum testaris illi, qui te illic eduxit? Quomodo respondes tot favoribus Dei tui? nunquid de illis cogitas? Nunquid ideo majorem flagras eidem placendi desiderio? Nunquid minus frigidus es in illis, quæ ad ipsius pertinent cultum? Nonne verum est te nil ardentius cupere, quam ut tibi ipsi cuique cupiditatibus satisfacere? Ecce quid es, Denique quid tibi in futurum formidandum est, cum voluntate ita languenti, ac infirma qualis tua est? Tot Sandi viri, qui habebantur veluti inconcusse columnæ, ce-

derunt, quid ergo futurum est de te, qui imbecillus es calamus, quem nimis aura status incurvat? Ut in peccata tuas nun requiritur quidquam præter hanc cupiditatem te dominantem? & ubi lapsus fueris certissime es te surrecturum, & moriturum in gratia? Hæc illud est, quod esse poteris. *Idem.*

Non sufficit, quod in temet reperias, unde te humilites; opus est etiam ut in te, hoc est in corde tuo inveniarum humilitatio; Humilitatio tua in medio tui. Theoretice tantum humiliare se per miseriam suæ cognitionem, nil facilius est, simulque inutilius, nisi aliud accesserit. A Christiano queritur, ut suam agnoscat miseriam, rejiciat omnino oblata sibi honoris testimonia, ac itatum Deo acceptam referat omnem gloriam totius boni, quod ipsi gloriæ tribuitur. Hoc præstitit beatissima Virgo, cum se laudari audiret a Cognata; hoc & ipsi præstabitimus illius exemplum secuti, si ita felices erimus, ut nos rite agnoscamus. *Idem.*

Opus est
Christiani
hominem
qui agnoscat
miseriam suam
habere hu-
militatis
de corde.

Humiles non sumus, ex quo tales esse censemus. Ad eliminandum ex corde humilitatem satis est, semet cum oblatione quadam inspicere. Statim ac per suaves humilium considerationes nobis humilitatem adesse cognoscimus, simul ejusdem iacturam facimus. Ad eam factam tectam contulerunt credendum est, nondum illam nos fuisse conlectos, semperque obtinendum, ut illam consequamur, licet eam jam adepti. Hic ille thesaurus est absconditus in agro, pro cuius acquisitione vendendum est quicquid possidet; & ad illum augendum quotidie novæ pecuniæ accessio faciendus est; sed carendum est, ne numeretur. *Abbas Boileau in delectis Sententiis.*

Nobis deest
est humili-
tas, cum
humiliter
nos esse
putamus.

Ubique sunt cruce, sed suavitatem illis adspicitur humilitas. Sunt cruce familiarium; verus humilitas eas cum suavi bajulat tranquillitate: Cruce aule; ubi versatur citra ambitum; cruce negotiorum, omnibus præsto esse, detrimentis, & lucris, res bene versant, vel male. Cruce penitentis desert quoniam repugnet; cruce Providentiæ, quoniam multat; cruce status tui, quoniam ipsum tædet. Si ambitiosus celare querit ægritudines suas; propius accedentes satis id agnoscunt ex pravo ingenio, & agendi iniquitate. Non potest illi, quicquid adnitatur, diutius dissimulare. Nulla opus est quaestione, ut vera fateatur; ejus indignatio, & varietates satis entescunt. Vellet quidem id non palam testari; sed ultra status sui illi exidit confessio, & ille nimis amare gloriam, ut tueri vellet sinceritatem. *Idem ibidem.*

Ubique
sunt cruce
sed hu-
militas eas
insuavitate
adspicitur.

Animum advertere ad ea, quæ in Scripturis de duobus insignibus Regibus referuntur. Uterque reparaverat, auxerantque munitiones Ierusalem; uterque arcem bellicis communitibus intruxerant; uterque illam frequenti presidio firmaverant; sed humilis Ezechias sciens male munitionem esse, utrumque coram Deo in cinere, & cilicio, & lacrymis præcibique suis opem quam petebat obtinuit. Superbus contra Sedecias, quia confidit in propugnaculis, quibus circumseptus civitatem, traditus fuit in manus hostium: *Pro eo quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, tu quoque sperasti. Præstantissimum in negotio salutis axioma est, ex semet pro viribus omnem asserere diligentiam, quasi nihil ex Dei parte speraretur; & omnia expectare a Deo, quasi nihil ipsi faceremus. Pater Segneri in Meditationibus.*

Exemplum
superbiam
& humilitatis
tatis.

Quo major es coram Salvatore, eo minor esse debes in oculis tuis. Opus est, ut humilitatis profunditas in te respondeat altitudini Sanctitatis, ad quam evocatus es, & ut ad alterius imum gradum descendas, ut ad altissimum alterius ascendas: *Quanto magis es, humiliata te.* Quo altior domus habuerit fundamenta, certum est illam eo diutius stabilem fore, ac permanuram. Primum autem præstantia doni, quod possides, efficit palam, ut agnoscas, hoc a te prospicere non posse, & nullo pacto pendere a viribus tuis: *Quid habes, quod non accepisti? Virtus mediocris solet subinde inflare; & non obtusissimus fit illum sibi vindicare videmus aliquid eorum quæ ad Deum omnem pertinent; neque miramur, si illum intuarum semper obrepere, vel ut ita dicam ala alterutra solum vertere. Secundo homo ad perfectionem sublati esset multo nocentior homine imperfecto, si vanitati vela daret, & hoc pacto mereretur iacturam non pretiosissimi, & quod inrequenter conceditur. Cum enim minime omnium ignorare possit, glo-*

Quo magis
ad San-
dicentem
ascendit
homo, eo
plura in-
venit fe-
ment hu-
miliandi
causas.

Idem.

gloriam illius Deo uni deberi, aunderet nihilominus eam secum pariri. Denique ratio, quam aliquando redditur sumus Deo, aptanda erit multitudini honorum; quæ ille modo nobis committit: *Cui multum datum est: multum quaeretur ex eo.* Scis te multum accepisse; icine, utrum lucrum congruat talentis, quæ Dominus suus credit tibi? Melius respondeat ratio? Dicere potes cum S. Paulo: *Mihi mihi conficius sum: sed nonne addendum tibi est?* *Idem.*

Philosophi, qui ut Sapientiam assequerentur, non alia nisi rationis lumina habuerunt; fortasse eque ac nos celebrantur fortitudinem, iustitiam, temperantiam, contemptum mundi, honorumque illius; humilitatem vero non cognoverunt, quoniam ipse eorum virtutes non aliud contulerunt, nisi ut illo- rum augeant superbiam; & simulac videbantur fastum continere, hoc fiebat factu majori, & nocentiori, Sancti Patres non versari sunt hanc ceterarum virtutum Christianarum fundamentum appellare. Et profecto quid fides est, nisi humilitas, quæ sub Divina auctoritatis iugo rationem captivat? Quid iam cordibus nostris accendit ardens bonorum æternorum desiderium; nisi miseriam nostræ sensus? Undenam oritur grati animi affectus propter Dei beneficium, nisi nostræ indignitatis persuasio? Patientia in infortunio, & aduersis, quæ nobis ab hominibus ingruunt; lenitas, & charitas quam habemus in iuto quo fratribus nostris commercio, nonne & istæ sunt fructus humilitatis? Nonne hæc eadem virtus est ipsa quæ radicibus convellit ambitionem, inanem gloriam, invidiam, zelotypiam, & omnia illa infensissima monstra, quæ Sancti vocant humanæ superbis productiones: *Sermo Manuscriptus.*

Humilitas una est ex virtutibus illis præcipuis, sine qua fieri nequit hominis Christiani conceptus. Ad illam rite cognoscendam, credendum non est, in hoc solum contineri, ut moderetur quicquid sub hominum oculis cadit. Modestus oris habitus, sermo submissus; hæc quidem ad humilitatem pertinent, sed non sunt humilitas ipsa. Plerumque sub cinere, & cilicio delitescit cor superbum, & oculis Domini invisum. Humilitas, S. Bernardus ait, virtus est hominem sibi metipso repræsentans talem, qualis est in miseris, & infirmitatibus suis, quæ illum propriis oculis reddidit contemptibilem: hic primus est humilitatis caracter; & hominem disponens ad contemptum omnem perferendum; qui alter est. Hinc absente vitæ magistri duplicem humilitatis speciem fecerunt, alteram videlicet spiritus, & cordis alteram; humilitatem, quam producit veritas; eaque in mente residet; alteram, quam inspirat iustitia, & hæc in corde sita est. Altera lu-

Qualem
sit proprius
caracter
humilitatis,
& quæ
sunt partes
illius.

Jerem. 41.

men est; altera sensus. Prima oppugnat superbiam in ipso ejusdem principio, eique profus opposita est. Altera illam aggreditur in effectibus, & in id unum intendit, ut illos evertat. Duæ istæ qualitates omnino requiruntur, ut quis vere humilis sit. *Idem.*

Nil melius nobis ostendit superbiam ex ipsa natura homini inditam esse in abiectionibus conditionibus, & in perfectioribus, quam contentio inter Jesu Christi discipulos oborta, quia eorum videretur esse major. Ex limo, & piscatorio labore egrediendi erant, instituti erant in Dei schola, cuius omnia opera, & verba commendabant humilitatem. Tam men in pervigilio mortis magistri sui, qui per obitum opprobriis cumulatifsimam, confirmatus est humilitatis præcepta, quæ illis traderat, invicem de primis disputant subtiliter. Post hæc mirum esse debet, si humilitas adeo rara est inter Christianos, quandoquidem tot invenit obices in corde primorum Discipulorum Dei ad crucis usque mortem humilitati? *Ex Specimine Sermonum.*

Superbie
spiritus
est spiritus
hominis,
ut æque
in pauperibus
ac in divi-
tibus de-
prehenda-
tur.
Lus. 22.

Nihil e regione magis aduersatur amor proprio, quam humilitas; cumque hic amor proprius sit ultima affectio, & ut vetus Auctor inquit, ultimum vestimentum, humilitas, quæ illum hoc exit oppugnans opinionem bonam, quam quilibet habere vult de se ipso; & propterea excellentis desiderium. Hæc inquam humilitas cum sit homini contraria, & illum aggreditur ex ea parte, ex qua magis afficitur, necessario magnos invenit obices sensibus abiectionis, quos illa inspirat. Nemo fere est, qui se creta vanitatis suæ munimenta non querat; & qui coactæ vitiorum suorum, quæ latere non possunt, cognitioni non opponat aliquot bona falsa, aut vera, per quæ amor proprius illud reparat detrimentum; quod aliunde patitur. *Idem.*

Quid effi-
cit, ut hu-
militas di-
recte illi ap-
posita amor-
is proprie.

Difficile est capere, quid occasione præbere poterit Discipulus Filii Dei, quærendi, quis inter ipsos videretur esse major, cum Magister dicebat illis, se ad mortem ire, quemadmodum illi Patre suo fuerat mandatum. Fortasse contentio inter illos ex eo oborta est, quod dixerat illis, se non habiturum amplius ex hoc genimine vitis, donec Patri sui Regnum adimpleret. Quidquid sit, talis tunc erat infirmitas, & imperfectio Apostolorum qui viderant Jesum Christum eo usque humiliatum, ut pedes eorum ablueret, & qui videbant illum in pervigilio mortis turpissime quam illis sæpe jam prædixerat, quin uterentur documentis, & exemplis humilitatis, quæ jampridem illis cæperat præbere. Ad infringendam superbiam, & quæ contentio hæc oriebatur, repetit illis, quod olim in simili occasione dixerat eis: Relinquendum esse Regibus gentium Ethnicisque Principibus hunc dominantium spiritum, quo imperium exercebant in subditos suos, inanemque ambitionem acquirere titulos beneficiorum: licet sæpe parum beneemerentur de illis, qui hoc nomine turpi assentione potius quam veritatis impulsu, vocabant illos; ipsi vero discipulis suis quærendum potius esse, ut ab illis vincerentur, quam ut præ aliis extarent, & ut essent omnium minimi, quemadmodum illos ipse Ioseph docuerat exemplo. *Tourneux in anno suo Christiano.*

Amor pro-
prius motus
calidus
omnibus
ipsa natura
inditus
est, ut ipsi
etiam A-
postoli se
ipsos con-
vincere non
valuerint
quominus
Domine
passionem
tempore
illæ ostend-
derant.

HYPOCRISIS, HYPOCRITÆ.

Simulata virtutis species imponens, & decipiens.

MONITUM.

Quamquam ubi de vera, fallacæ devotionis sermo fuit, præcipuus attulerim utriusque species, atque ibi collegimus quicquid apud probatissimos Auctores inveni, quod ad illud argumentum referri posse existimari; haud ubi re tamen futurum censui, si peculiariter de hypocrisis virtutum instituerem, quia per se satis, superque copia suppeditat; & quia si cum aliis fideæ devotionis speciebus de hac etiam verba fecissem, titulus hic in immanem crevisset magnitudinem, ideoque abnormem.

Neque ideo putes, ubi de devotione Sermonem habiturus es, de hoc vitio eidem opposito verba non esse faciendam, quin hæc invicem separare necesse sit; sed seu simul prædicentur, seu distinguantur, diligenter cavendum est, ne pietati fides abrogetur, ne illa in suspensionem vocetur, vel iniquus de eadem Auctioribus conceptus adstruatur: hoc enim improbum est artificium, ac familiare impiis, devotis, piisque hypocritarum larvæ appingere; eos in focum traducere, ac denique pietati generatim omnes defectus, & vitia falsæ devotionis tribuere, ut illi consentiant invidiam, & impietati suæ aliquem colorem præstent.

Opera quoque presium est admonere, Sanctos Patres etiam, atque etiam in hoc vitium invecos fuisse, non quod avo suo, quam nostro communis esset; sed quia tunc pauciores erant, quos pueret, se pietatis cultores vestros; et nescio, utrum hodie pauciores pietatis gloriam, nomenque aucupentur, quantumvis vestra prorsus carcant. Quamobrem presiat contra vitium hoc declamare, quod eorum proprium est, qui orthodoxos sensus minime foventes hoc pacto erroribus suis auctoritatem aliquam conciliare adinuntur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Systemata.

I. Operam professus fueris te non solum in suspicionem vocare minime velle pietatem veram, vel eos vituperare, qui eandem palam profitentur, quinimmo pro viribus conari, ut omnes illud abusus convellas, atque admonere velle, quod & Salvator in Evangelio facit, ut quisque sibi ab hypocritis caveat, qui ovina pelle contecti sunt inius lapsi rapaces, in id unum intenti, ut animas, que divino cultui vere addide sunt, perdant, decipiant, corrumpant; tres has veritates ostendere, & amplificare poteris, que omnes vestustias, atque perniciosos hypocritis effectus appertunt.

Prima est: Vitium hoc omnium virtutum larvam assumere, quin earum aliquam vere possideat; sed e contra omnes illas corrumpere, quod est inductione probandum. Avarus hypocrita simulat se opibus suis parere, ut habeat, unde pauperibus opuletur: Prodigus liberalis haberi vult, cum se terrenis hisce bonis nequaquam adherere, probare contendit. Ambitiosus est hypocrita, ubi ipsa abutitur humilitate eum, quo contendit, gradum occupaturus, atque ostendere vult, se honores fugere, falso dicitans, se iidem indignum esse. Ultionis cupidus zelam presertit, atque persuadere conatur, se publica duci utilitate ad mali curiam inhibendum, & coercedam pervicacis hominis insolentiam supplicio, quod ceteris esse possit exemplo, & hoc fuca privatas contigit inimicitias. Ita hypocrita virtutes omnes corrumpit, atque in totidem vitia convertit. Igitur non solum cum de pietate, atque religione sermo est se se prodit hypocritis, licet fortasse hec species omnium criminisissima, atque turpissima est, verum etiam in consiliis, & actionibus hominis duplicis, & dissimulati, qui virtutum omnium personam gerere admittit, eoque propriis armis obtinuat, ut S. Chrysostomus inquit: *Cruentis arte virtutes truncat sermo. In conversatione vestrum de remedii creat morbos, in Civitate vestris in crimine placationem facit reatum;* Hinc sequitur nullum esse vitium magis fallax, dolosum, universale, & a quo nobis sit diligentius cavendum, quia ita scelus contegit, ut pro virtute possit haberi.

Veritas altera; Si hypocritis omnibus abutitur virtutibus, ut aliis facere faciat, dici quoque potest, affectibus, vitiosis omnibus inservire, ut ipsum decipiat hypocritam. Fit illa veluti affectuum omnium instrumentum, & velum, quo contegantur; ac homini suadent, suam indignationem, & odium in alterum quempiam suam pietatis, & virtutis effectum esse; neque futurum esse, ut illum odisse, nisi vitiosus esset; cuius pravum exemplum hominibus perniciosum est, & maxime nocuum; Odium, & invidia eum illi exhibet profusus alium, quam sit, evumque ita colorat, ut in omnium odium adducat. Omnia vitia, & affectus nonne aliquid habent, quod si spectamus, illa quidem in nobis placent, licet in aliis non ferenda videantur? Ita hypocritis illis, ut ita dicam, suum commodat integumentum, ut sese nostris oculis abscondant, ac nos in errore inducant. Sub hac larva nobis videntur jucunda; vel si mavis, nos ipsi vitia nostra illisimus fuco; ac nos ante ceteros propriis decepti simulationibus, atque vestustis, mirum non est, si alii etiam fucom facere admittant. Hinc fit, ut hypocritis sit quodammodo reliquorum victorum instrumentum, & velis, qua se ornant, non ut se prebeant cognoscenda, sed ut se contegant, sub propria forma prodire non aua.

Veritas Tertia. Hac ipsa de causa hypocritis prae omnibus vitis Deus & homines horrent; Deus quidem, quia prae reliquis vitis unum maxime omnibus Dei perfectionibus adversatur. 1. Sanctitati, quia ab hac abhorrens hypocrita; extrinsecam illius speciem affectat. 2. Simplicitatis essentia ipsius, quia hic homo intrus quidem duplex cor, extra ve-

ro duplicem habet faciem, ut inquit Scriptura, quapropter a Sancto Hieronymo vocatur monstrum ex duabus naturis compositum. 3. Veritati ejus iugi cogitationum, consiliorum, intentionumque suarum dissimulatione. 4. Denique scientie ejusdem, conatus contegere lecta crimina, que tempore Dei oculis patens, qui corda hominum scrutatur, eorumque latebras inuenter. Hypocrita hominibus quoque invitus est, qui ubi se intelligunt ab hoc impostore deceptor, exultationem, admirationemque suam in contemptum, horroremque convertunt. Cogitent tandem iudicium generale coram universo mundo institutum, ideo presertim, ut vera virtus distingatur a ficta, & unicuique, quod suum est, tribuatur.

Ostendere possunt hypocritam erga Deum, proximum, ac seipsum injudum esse.

1. Injustus est coram Deo, cuius praprit gloriam, quam sibi reservare voluit tanquam proprium bonum, & quam nemini cedere vult. Illam manifeste usurpat hypocrita, omnia opera sua faciens, ut videatur ab hominibus, ut eorum laudes, & approbationem aucupetur, quod Pharisæus Jesus Christus exprobrabat: *Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Quapropter oblectari videtur Deus illum humilians, atque confundens efficiendo, ut ab omnibus agnoscat, quoniam ille fit, videlicet hypocrita, lycophanta, quod illi mortaliolum omnium contemptum consistat, & indignationem. 2. Hypocrita injustus est erga proximum, quem fallit, ac decipit, & licet ille minorem adferat perniciem, quam qui illum scandalis, pravique exemplis corrumpit, illam tamen saepe in errorem trahit, & in vitium pravos illi sensus inspirans, quos sub inani virtutis specie celat, quem admodum virus fæpe ipsis floribus tegitur. Hac arte Hæresarchæ omnes abusi sunt, ut populus verba daret. Hypocrita nunquam magis injustus est, quam in seipsum; quia omnia, que facit, bona corrumpens operatur prava intentione, qua eadem operatur, omnem eorum fructum amittit, ac se ea privat mercede, quam aliquando in celo affecturus esset; ita ut omnem virtutis laborem sustineat, quin ejusdem meritum habeat, ac in se Dei iram, & ultionem convertat, quin eas obtineat coronas, quas iustem aditionibus mereri possit abique eo quod maiorem curam, laborem, sollicitudinem adhiberet; talis est hypocritæ fors.

Tria sunt hominum genera, quibus aliena hypocritis perniciem potest afferre. Alii ex aliena hypocritis referunt fructum. 1. Alii ex aliena hypocritis morore, ac tristitia ita afficiuntur, ut in ipsa virtutis exercitatione animos despondeant. Alii vero aliena hypocritis se decipi sinunt, atque ita in errorem, atque illusionem labuntur. Qui ex aliena hypocritis referunt fructum, sunt homines impii, ac flagitiosi, qui eodem morore afficiuntur, iusti sunt, & servi Dei; qui vero se decipi sinunt, sunt simplices, atque in via salutis imprudentes. Triplici hujus hominum generis opinionem possunt retelli. 1. Impis quidem, protervisque hominibus ostendendum est, illos non posse alienam hypocritam in suam laudem convertere. 2. Iusti, non debere ex aliena hypocritis scandalum capere; 3. simplices tandem, illos culpa non carere, quod aliena hypocritis fucom sibi fieri sibi passi. Ex *Sermone P. Bourdaloue pro feria quarta post septuagesimam Dominicam.*

Tria presertim Jesus Christus in Pharisæis reprehendit, illos hypocritis nomine corripiens. 1. Spiritum avaritia; ideo enim populo auctores erant, ut in Templum Domini oblationes offerret, ut inde ipsi quantum perciperent. Hoc inter prima signa, primoque hypocritis effectus numeratur; 2. Spiritum superbia; inquirebant enim laudes, hominumque plausus, primos in conviviis accubitus, pri-

M.

III.

IV.

primoque in publicis cæcibus locos; coli, observari, & in pretio haberi cupiebant tanquam meritis insignes, & non vulgaribus virtutibus praditi. 3. Spiritum levitatis; quia immisericordes erant, ac sine charitate, aliis intolerabilia imponentes onera, que ne digito quidem ipsi levare voluissent. Ex *idem. Sermone pro feria quinta hebdomadæ tertie in Quadragesima.*

V. Hypocrita in speciem quidem servit Deo; re ipsa eum ledit, quamobrem Sanctus Augustinus ait: *Simulata equitas non est equitas, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est, & simulatio.* 2. Omnes fallere vult simulata virtute, ac pietate, ipse vero primus omnium, & periculosus fallitur. 3. In id unum intendit, ut gloriam acquirat, æternamque confusionem patietur, que ut plurimum ex hac vita ducit initium, cum qualis sit, ab aliis agnoscitur.

VI. Pharisæorum hypocritis in tribus potissimum consistebat, quibus plurimi Fideles hodierna die sunt obnoxii, propterea quod iure cum Patre quodam possumus exclamare. *Va nobis, ad quos Pharisæorum vitia transierunt.*

Primum est, quod omnem virtutem, pietatemque suam in exteriori preceptorum exercitatione constituebant, sine affectu, ulloque cordis motu, & quin animadvertent, religionis actiones, que extrinsecus prodeunt, ex interiori parte proficisci debere, aliquam simulationem esse meram, & hypocritam.

Alterum est, quod minime laborant, utrum cor pravus desideris, fædis cogitationibus, noxiisque intentionibus esset vacuum, cum interim diligentissima cura, que ad scrupulum usque processerat, a quibuscumque legalibus sordibus se se expiant. Hujus generis hodierna die illi sunt, qui religioni sibi verentur, si quam omiserint ex iis devotiombus, quas sibi meri impulerunt, cum interim corde contra fratres suos interecina fovant odia non cessent.

Tertium est, quod ob humanas tantum causas, & terrenas utilitates, quas inde percipiunt, legis observantia vacabant; quod aunc etiam complures ex fidelibus faciunt.

VII. Precedens argumentum aliter offerri potest, ut facit Maimbourg Sermone pro feria 4. post quartam Quadragesimæ Dominicam.

1. Ostendendo pletorque fidelium hodierna die omnem curam in exteriori tantum cultu collocare, quod iudæi facere consueverant, exteriori cæceroniarum cortice hærentes, corpus quidem diligentissime abluentes, anima vero sordes non expiantes; quemadmodum Lex per has exteriores consuetudines declarabat, hoc inter fideles ii presant, qui in exteriori subsistant, omniaque collocant in gestibus, ornatus, sermonebus, pompa, apparatu, musicis conceniibus, certo precum numero, aliisque id genus excessibus, que quidem in se valde sunt bona; sed ut plurimum anima carent, quia cordis negligunt curam, iuxta illud Jesu Christi estatum: *Populus hic labris me honorat; cor autem eorum longe est a me.*

2. Hypocritæ Christiani sibi nugas quasdam religioni maxime vertunt, ea vero, que maximi momenti sunt, & ubi nihil leve malum est, minime curant, ut Pharisæi, Jesu Christo dicentes: *Quare dissipavit tui transgrediantur traditiones seniorum? non enim lavant manus suas.* Videte hos hypocritas, qui grave scelus putant manibus illorum esse, & omni culpa vacare arbitrantur, manus alienis coinquinatas bonis habere, que sacrilege sub quodam pietatis pretextu, suffragantur.

Tertium. Plerique Fideles suis inhærent consuetudinibus, que plerumque sunt abusus, ac plurimis sese curis angunt, ut coram Deo nihil lucreantur; ita ut post multas orationes, jejunia, austeritates ex libidine sua institutas, atque servatas, nullam magis, quam Pharisæi mercedem sint consecuturi.

VIII. De hypocritarum infelicitate, inanitate conatu. 1. Omnem habent virtutis laborem, quin coram Deo meritum habeant, & mercedem, que saepe apud homines etiam frustrantur. 2. Id unum querunt, quomodo hominibus placeant, quorum existimatio neque meliores efficit, neque beatiore, quin negotium illi cessant Dei iudicia, qui unus eorum perfectionem, beatitudinemque efficere potest. 3. Non semper e voto illis cedit, ut homines fallant; nam quemadmodum quod scitum, fucatumque est, non potest diu omnium oculis imponere, eorum hypocritis detecta eos majori confusione suffundit, eosque efficit contemptibiores,

De Hypocritis indole, ac temperamento.

1. Hypocritæ unice virtutis nitorem querunt, rem vero negligunt. 2. Communia rejiciunt officia, quibus in aliorum turba nequaquam satis emicarent, & vulgo affectant singularitatem, que efficit, ut præ cæteris conspiciantur, quemadmodum videmus nonnumquam cometas, fallaque lydera magis effulgere, quam vera, licet illa non aliud sint quam phænomena, & exhalationes e terra prodeuntes, atque in aera sublatæ. 3. Quæ sua virtus, tantummodo curant, & si quid bonum operantur, hoc prava intentione corrumpunt.

Vitia, que hypocritis subsequuntur. 1. Hypocritæ versuti sunt, duplices; tyrophantæ, quibus non alia mens est, quam simplicibus, minime perspicacibus fucom faciendi. 2. Superbi sunt, vani, & ambitiosi, qui sordida, improbaque fictæ pietatis via hominum existimationem aucupantur, quam veri meritis obtinere non possunt. 3. Semper cupidii sunt, & avari, quandoquidem hæc ut plurimum eorum intentio est sibi hæc in bonorum virtutum animos viam faciendi, quorum ope rem suam provehere, & illuc, quo tendunt, valeant pervenire.

Duplex distingui potest hypocritis, adque pietatis species, altera eorum, qui deroti videri cupiunt, & hoc pacto seipos dissimulant, alioque decipiunt; altera vero eorum, qui se vere devotos putant, neque sunt; & hi seipos illudunt, & fallunt. Primum quidem improbitas, & injustitia, aliorum vero illusio, & error est ostendendus.

Primo. Improbitas, & iniquitas hypocritarum, quibus nihil est nisi species, ac larva pietatis, primum in fine consistit, quem sibi proponunt, videlicet hoc pacto fortunam suam provebendi; existimationem sibi conciliandi; viam faciendi hæresi, vel erroribus, qui menti eorum insident. 2. In iis rationibus, quibus utuntur, omnem habent virtutis laborem, quin illius meritum consequantur; sibi hanc injunctam necessitatem extrinsecus, speciem pietatis præferendi, cum intrinsecus improbi sint, & nequam. 3. in effectibus. Fidem abrogant pietati, eam in suspicionem vocant, & in causa sunt, quod vera appingant vitia, & versutia, que falsæ tantum conveniunt.

Secundo. Quidam se devotos putant, cum minime sint; isti vero serps sunt. 1. qui vel vere conversos esse arbitrantur, eo quod a pristinis recesserunt impudicitis, quin tamen agant poenitentiam; quod omnino necessarium est, puta, aliena bona restitueres, &c. 2. Qui flagitiam ante, vitam viventes, nunc satis esse putant mollem ducere. 3. Qui satis esse credunt aliquot opera bona facere, quin suos affectus mortificent; quæ in se vehementer errant.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad presertim Concionum fructuras ornandas.

Sanctus Augustinus, *Serm. 59. de tempore*, contra hypocritas declamat.

Idem, contra eosdem, & Manichæos invehitur in Genesi ad litteram.

Idem, *lib. 3. de Serm. Dom. in Monte cap. 3.* quid sit hypocritis explicat.

Idem, vel Auctor, & *Confess. virt. & vit.* fuclis hac de re verba facit.

Sanctus Gregorius, *lib. 8. Moral.* Explicans hæc verba ex capite 8. Job: *Numquid vivere potest scipus absque humore*, de hypocritis effectibus, atque illusionibus loquitur.

Idem, *l. 8. c. 26.* in hæc verba: *Sicut tela aranearum faduta estis*, loquitur de fallaci spe hypocritæ, ac de laboribus ejus mercede carentibus.

Idem etiam de eadem re pluribus in locis verba facit, *cap. 28. libri ejusdem. & lib. 15. cap. 3. 4. & 5. & lib. 18. cap. 7. & lib. 31. cap. 5.*

Sanctus Prosper, *lib. 3. de vit. contempl. cap. 1.* loquitur de hypocritis, & dissimulatione. Origenes, *Homil. 21. in cap. 23. S. Matth.* hæc explicans verba: *Va vobis Scribae, & Pharisæi hypocritæ, quia comeditis, &c.* omnes hypocritarum versutias, & quidquid ad hoc vitium pertinet describit.

Idem, de hac re loquitur etiam *lib. 10. cap. 15. in Epistolam S. Pauli ad Romanos.*

IX.

X.

XI.

Saadi Pa-

Sandus Chrysothomus hac interpretatus verba ex cap. 4. S. Matthi: *Cum sejanatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes etc.* prolixum habet sermonem de hypocritis, ubi viti huius exhibet indignitatem, pluraque habet egregia huius argumenti.

Idem, *Hom. 7. in Acta*, laudat simplicitatem, & sinceritatem christianam dupliciter, atque hypocritis oppositam.

Sandus Bernardus Sermone de Sancto Benedicte, & Sermone quarto in Cantica de hypocritis loquitur.

Africani. P. Cassinus in Aula Sancta tract. 3. effato 9. ubi de variis devotionibus verba facit, fusius de hypocritarum pietate loquitur.

In Morali Christiana in Pater lib. 8. scilicet 4. art. 3. de hypocritis sermo est.

P. Nepveu Tomo tertio Christianarum Confessionum.

Omnes fere, qui de devotione egerunt, locuti quoque sunt de hypocritis tanquam vitio eidem opposito.

P. Surin Tomo 2. Dialogorum Ascericorum lib. 3. cap. 9. ubi de falsis virtutibus loquitur.

In Sermonibus, qui sub P. Bourdaloye nomine editi sunt, sermonem invenies in eos, qui ex aliena hypocriti crescere volunt, qui scandalum recipiunt, & qui se decipi fiunt.

Maimbourg in Quadrages. Tomo 7. sermonem habet huius argumenti.

Frontenieres }
Auctor Sermonum Mora- }
lijum. De la Volpilliere. } Peculiari concione
Auctor Sermonum Chris- } profectu.

De la Font. }
P. Giroult Tomo 1. in Sermone de vera, falsa- }
que pietate loquitur etiam de hypocritis. }
Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianæ }
argumenta in Adventu, sermonem habet de vera }
& falsa pietate, ubi prima pars circa hoc argu- }
mentum versatur. }
In Morali Dictionario Tomo 3. duos deinceps de }
hypocritis Sermones invenies. }
P. Ludovicus Granatensis }
in locis Communibus. }
Busius in Panario. } Tit. Hypocritis.
Bercotius. }
Summa Prædicationum. }
Raynerius de Pisis. }

Qui colle-
ctane edi-
derunt.

PARAGRAPHUS III.

Locis, Exempla, & applicationes Scripturarum huic Argumento.

Spes hypocrite peribit; non ei placebit recordia sua, & sicut tela arancorum fiducia eius. Jobi, cap. 8.

Non veniet in conspectu Dei omnis hypocrita. Ibid. cap. 3.

Congregatio hypocrite sterilis. Ibid. cap. 15.

Gaudium hypocrite ad instar puncti. Ibid. c. 20.

Quæ est enim spes hypocrite? Ibid. cap. 27.

Simulatores & callidi provocant iram Dei. Jobi, cap. 35.

Ne fueris hypocrita in conspectu hominum. Eccli. 1.

Abominatio Domini est omnis illusor. Prov. 3.

Omnis hypocrita est & nequam. Isaia 9.

Cum jejunaveris & plangueris, numquid jejunium jejunasti mihi? Zach. 7.

Populus iste labiis suis glorificat me; cor autem eius longe est a me. Isaia 29. & Matth. 15.

Est qui nequit humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Eccli. 19.

Ve vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite; quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos a foris quidem parent hominibus iusti; intus autem pleni estis hypocritis, & iniquitate. Matth. 23.

Dicunt, & non faciunt. . . Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Ibid.

Ve vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite: quia clauditis regnum Cælorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Ibid.

Ve vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes; propter hoc amplius accipietis iudicium. Ibid.

Ve vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite: quia mun-

dati quod deservis est calcatis, & parophidia; intus autem pleni estis rapinis, & immunditiis. Ibid.

Vos estis, qui iustificati vos coram hominibus; Deus autem novis corda vestra; quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Luc. 16.

Attendite a falsis Prophetis; qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth. 7.

Partem eius possidet cum hypocritis; illic eris sctus, & fridor dentium. Ibid. 23.

Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. 2. ad Timotheu. 3.

Exempla ex Veteri, Novoque Testamento de prompta.

Qui vidisset Absalon mane de strato conurgentem, atque præ foribus regis Patris sui Isan. Absalonem singulos introeuntes officiose, humaniterque compellere, eisque dicere: quamvis nemini Rex hac tradiderit provinciam vos audiendi, ego tamen officium, ut vobis jus dicatur: Venite ad me filii, quos toto pectore amplector; causa vestra optima videtur mihi, & ius vestrum æquissimum? Qui vidisset, inquam, Absalon hac facientem; nonne credidisset hunc principem omnium humanissimum esse, atque suæ dignitatis oblitum, ut se se populi magis suavem, ac jucundum præberet? Attamen hæc humanitas, atque suavitas faciat simulatque virtutes erant; turpis, ac barbara hypocritis hanc illi personam induxerat, ut patri suo vitam, ac regnum auferret, atque ut populum contra Regem omnium optimum sollicitaret.

Quantum laudibus, & encomiis celebranda est Elisei Prophetæ integritas, qui a Naamaan Syriæ Principe ingentes sibi opes offerente, in quod illi a lepra, qua omnino infectus erat, curaverat, recipere detrectavit; tantum probris est proficiscenda servi ejusdem, atque discipuli Giezi hypocritis, & avaritia, eo quod petit, receptique partem bonorum, quæ Propheta reculerat. Avarus iste discipulus magistri illius, qui terrena hæc magno dispiciebat animo petitioni, atque sollicitudini, qua alicui ab eo Principe consecui adhibebatur prætere non dubitavit quandam charitatis speciem erga duos juvenes ex genere Prophetarum Ephraim, quos necessitas coegerat, ut alicuius opibus ab Eliseo Magistro, Dominoque suo peteret, adiciens, se pro hac charitatis actione unico argenti talento, ac duplicibus vestibus mutatoris indigere. Naaman quippe, qui ob tantum beneficium quomodo gratum restaretur animus, unice querebat, tali gavissus nuncio, petitionem ipsam muneribus suis voluit superare, & pro unico argenti talento coegit Giezi, ut acciperet duo, qui laxissimæ huic vice lentitæ non admodum oblectatus est; Sed avari huius hypocrite doli diu non abiit impudens, Eliseus enim, qui divinitus ea, quæ contingerant, intellexerat; Heus tu, inquit, recepti quidem argentum, ac vestes, quæ nomine meo possessi; sed lepra Naaman transfuit in te, ubique, generique tuo adhærebit in æternum; statimque ab Eliseo lepra cooperatus discidit.

Exemplum Eleazar ostendit, quam indigna sit, ubi agitur de Religione simile latio.

Non desunt innocentes quedam fisiones, qualis ea fuit, qua S. Patriarcha Joseph cum fratribus suis est, antequam se illis traderet agnoscentem. Verum semper noxæ sunt, cum inde proximi scandali occasionem arripere possint. Hoc nos docet senex Eleazarus ea in responsione, quam tradidit amicis suis, a quibus urgebatur, ut se Antiochi imperis pareret simularet, veritas a Lege carnalibus in speciem utens, re vera licitas comedens; ita enim illi affirmabant, ipsum & Regi morem gesturum esse, & nihil contra Dei iussa ausurum. Nequam dignum ea est zate, in qua sum, respondit ille, hoc uti figmento, propter quod plurimi adolecentes rati Eleazarum novaginta natum annos a Judæorum ad Ethnicorum legem transfuisse, & ipsi deciperentur ea simulatione, qua ego usus fuissim, ut exiguum, quod adhuc mihi superest, corruptibilibus vite spatum tuerer; atque ita turpissimum nomini meo maculam inuerem, & senectutem meam in mortuorum omnium execrationem adducerem. Quamobrem strenue iunioris dignus ea videbor zate, in qua sum, atque iunioribus fortitudinis reliquam exemplum pro sanctarum legum observantia alacriter, atque constanti gloriose morum persequi.

Nequissimus hypocritarum omnium, antesignanus Hypocritis fuit proditor Judas, qui electus, ut aliis fidem, lucra,

veramque Religionem annuciaret, diu sub Apostoli qualitate impiam, & avaritia corruptam animam celavit; cuius præteritum indicia præbuit, cum Magdalenæ factum increpavit, quæ vera, sinceraque pietate ducta pretiosum unguentum super Saluatoris caput effudit, elata voce dicens, pecuniam, quæ ex unguento diffracto confandi potuisset, melius in pauperum sinum fuisse erogandam; quia in privatis converteretur usus argentum, quod illi in hoc opus alserandum tradebatur.

Hypocritis Sacri dotum Regis.

Legis sacerdotes cum receperunt pecuniam, quam Judas inani ductus positione, quod Iusti Sanguinem vendidisset, illis retulerat, & ad eorum pedes projecerat; dixerunt intra se: Quid facimus? Illam in Templi thesaurum inferre non licet, quia pretium sanguinis est. O infanissimam excitent! Hypocrite isti non veniunt ex Templi ærario pecuniam depromere, quæ ex proditore Juda Jesu Christi sanguinem emant, ac religioni sibi vertunt, eam iterum illuc inferre. Si non audent hoc committere nummos cum illis, qui in Dei cultum, Templique ministerium sunt impendendi quia pretium sanguinis sunt; cur hunc ipsum sanguinem audent effundere? Verissimile enim est illos de Templi gazophylacio exuisse pecuniam Judæ erogandam; & in hoc eorum maxime pater hypocritis, quod in impium converterat usum argentum, quod populi pietas contulerat.

Hypocritis Magi.

Simon Magus sacrilege hypocritis accusatus, convidelic fuit argento volens emere Spiritum Sanctum, ac postea illum conferendi quibuscumque manus impoluerat, ut pro Apostolo, atque bando homine miraculorum opifice haberetur. Illi exprobravit Sandus Petrus, cor ejus rectum non esse, & ab eodem secleris sui penitentiam agere admonitus, simulavit dolorem, ut illud evitaret supplicium, quod ipsi fuerat inentatum.

Hypocritis Elymas populos seducens.

Sandus Paulus hoc ipsum hypocritis crimen alteri exprobravit Mago, qui nomen Elymas, alii ficta pietate os populi sublinebat; & quo Apostolus subita cæcitate percussit, ita illum corripens: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini veras? Necessè non est itic repetere exprobrationes, quibus toties Dominus Scribarum, & Phariseorum redarguit hypocritas; neque scrupulum, quo se moveri professi sunt, veriti, ne polluerentur, si Pilitati domum ingrederentur, cum Judicem hunc urgebant, ut Dei Filium morte damnaret.

Applicationes.

Sepulchra dealbata. Similes estis sepulchris dealbatis. Matth. 23. nihil aptius hypocritam, fucataque hypocritarum virtutum exprimit, quam comparatio ad ista Christo cum dealbatis sepulchris instituta. His quidem monumentis extrinsecus speciosus nihil inveniari potest. Superba nonnunquam videntur maculosa, ubi ars, quidquid in Architectonica magis exquisitum, & luculentum est, promissa in medium, magnifici fulgent ornatu, simul sacra marmorea, anaglypha, columnæ, difusa epigraphia, superbe inscriptiones. At intus inspicie, nihil nisi horrorem invenies, tabum, ossa computrescentia, veteresque mortis evasias. Hæc hypocritarum imago est; caput oblitum, demissa facies, lingua Dei, virtutisque celebrans encomia. Sed exteriorum hanc speciem aufer, quid sub eadem invenies, nisi animos impudicitiis, & iniquitatibus referentissimos.

In imagine pertransit homo. Psalm. 38. Hypocrita homo est, ut ita dica; in imagine pertransiens, eo quod Sandus Gregorius ait, nihil in illo est nisi exterior imago, ac species; at nihil reale: *Offendit in imagine, quod non habet in veritate.* Extrinsecus, & in imagine nihil est aliud quam charitas, lenitas, humilitas, mortificatio, penitentia, & in exitibus quibusdam Religionis muneribus cura. Intrinsecus vero, & repta nihil est nisi superbia, odium, ultio, injustitia, mollietis, vanitas; Demum nihil nisi virtutis imago: *In imagine pertransit homo: In libro, cui titulus est: Elymas de Sermones pour la Carrière peccati dicit Deus: quare tu enarras justitias meas? Pjal. 49.* Hypocrite ea docet, quæ ipse minime servat; de Lege loquitur, & illam infringit; de justitia, & illius speciem tantummodo gerit; & hinc peculiariter videtur hæc dicere Deus: *Peccatori dixit Deus; quare tu enarras justitias meas?*

Homo, qui te insignem peccatorem noli, cur audes de justitia, sanctique mandatis meis verba facere, cum interim illa floci facias, atque contemas? Loqueris tantum suipsum abdicacionem, affectum victoriam, vitz reformationem, cum interim legis meæ, interiori gratia meæ vocis, & omniumque institutorum meorum inimicus, cæc cordis tui errores, atque abominaciones sedaris. Tu vero edisti disciplinam, & projecisti sermones meos. Liber, cui titulus: Les Caracteres sive de s. Ecriture, & appliques aux mœurs de ce siècle.

Cor eorum vanum est. Pjal. 5. De hypocritis proprie dici potest, omne in illis vanum esse, & vacuum. Vanum in intentionibus, vacuum in remunerationibus: vanum, aliud querunt, quam Deum; vacuum, nullum habent meritum coram Deo: vanum, sine illo edificatum; neque ille tuetur hoc amoris proprii fragile ædificium; vacuum, ipsi nequamquam laborant, & vigilant, ut illud tueantur. Ratio vero ex Sancto Augustino desumpta est, docente, virtutes non respiciendas esse tantummodo in officis earum, videlicet in iis, quæ facienda sunt; sed earum præcipue finem esse spectandum: Quid faciendum, & quæ intentio habenda in faciendo? Nihil nisi iustum faciendum, & non nisi iuste faciendum. Dictionario Morali.

PARAGRAPHUS IV.

Locis, Sententiæ Sanctorum Patrum, Argumenti.

Falsi, atque fallentes Christiani, vel sancti. Augusti. lib. 5. Confess. cap. 10.

Ubi hypocritis, ibi dolus. Idem, lib. 2. contra Julian. cap. 3.

Hypocrite simulatores dicuntur, quia iusti esse non queunt, sed tantum videri volunt. Idem.

Foris lucet, & intus lutum est (hypocrita). Idem.

Quicumque vult se videri quod non est, hypocrita est. Idem.

Simulata equitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est & simulatio. Idem, in Psalm. 63.

Sicut prope summa & divina virtus est neminem decipere, sic ultimum vitium est, quemlibet decipere. Idem, lib. 83. Quæst.

Esse Christianum magnum est, non videri. Hieronymus.

Si præbeo elemosinam ut glorificer ab hominibus, recepti mercedem meam, & mercenarius appellandus sum. Idem, lib. 6. sup. Isaiam, cap. 15.

Verè monstrova res est, speciem habere columbinam, & mentem caninam; professionem ovinam, & intentionem lupinam; intus esse Nevoem, & foris apparere Catonem. Ita ut ex contrariis diversisque naturis novum monstrum novaque bestiam diceret esse compactam. Idem, Epistol. 38.

Quamvis illis vitiis carere possimus, hypocritas tamen habere maculam non posse, aut paucorum est, aut nullorum. Idem, contra Pelagianos, lib. 2.

In comparatione duorum malorum, levius malum est aperire peccare, quam simulare, & fingere sanctitatem. Idem, lib. 7. in Isaiam.

Hypocrita in cunctis suis virtutibus, nihil sperat nisi honoris reverentiam, gloriam laudis a melioribus mereri, sanctus ab omnibus vocari. Gregorius, in Moral.

Dupliciter rea est anima, si bonum non faciat unde spiritualiter vivat, & appetat similitudinem boni, sub qua male vivat & lateat. S. Prosper, lib. 3. de Vit. contemplat. cap. 1.

Boni videri volunt, non fieri. Idem.

Qui magna dicunt, nec parva faciunt. Idem.

Qui publice execrantur, quod occulte agunt. Salvian. lib. de Gubernat.

Nihil simulatum & ficitum veræ virtutis esse certum est. Anbr. lib. 2. Offic.

Crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum. Pestilentia cavenda, quæ de remedio creat morbos, sanctitatem veritatis in crimine, placacionem scilicet reatum. Chrysolog. Sermon. 7.

Sibi facit de virtute vitium, de veritate mendacium, de remissione peccatum. Idem, ibid.

Hypocritas evitare facile non potest, propterea quod pietatis pretextu, pravitas eorum fucata, & adornata profunde latet. Basil. Homil. 7.

Hypocrita dicitur bibrio, qui in theatro personam sustinet alienam. Idem, Homilia 1. de Jejunio.

Muller, quæ nativa pulchritudine defrutata est, ad color-

colores, pigmenta, & fucus confugere solet: ita hypocrisis cum specie solida profectaque pietatis carcat, adumbrationem quamdam pietatis externam simulat, qua eorum oculos retinet, qui admirantia virtutis simulatione capiuntur. Gregor. Nazianz. Orat. funeb. Paris.

Hypocrita offendit in imagine, quod non habet in re. Gregor. lib. 15. Moral. cap. 3.

Hypocrita foris candidus, intus sordidus; amator vanæ gloriæ, verba sanctorum habet, vitam non habet. Bernard. de ordin. vitæ.

Hypocrita oves sunt habitu, asu vulpes, actu & crudelitate lupi; hi sunt qui boni videri, non esse; mali non videri, sed esse volunt. Idem, Serm. 66. in Cantic.

Minus semper malitia palam nocuit; nec unquam bonus, nisi boni simulatione deceptus est. Idem, ibidem.

Hypocrita homo sibi dissimilis intus Herodes, foris Joannes, lotus ambiguus. Idem, Epist. 193.

Nulla res hoc exterminat bonum, sicut simulatum bonum; nam manifestum malum quasi malum fugiat & cavetur: malum autem sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, nec cavetur, sed quasi bonum suscipitur. Chrysol. in opere impert. lup. Matth.

Sanditatem veritatis in crimen. Chrysol. Serm. 7.

Vult hypocrita scire divina eloquia, nec tamen facere: vult docere loqui, nec tamen recte vivere. Gregor. lib. 15. Moral.

Ossa scintilla atteruntur, & mente turgenis: corpus despicit vestibus decorat, & elatione mentis purpuram superamus; debet humilitum, ducet superbiam, omnia sate lupinos dentes abscondimus. Gregor. in Regist.

Hypocrita alienum tollit, quia iustorum laudem arripit. Idem, lib. 5. Moral. cap. 14.

Hypocrita iustus esse non appetit, sed videri: iustus contra hoc ipsum videri fugit, quod esse mirat. Idem, lib. 26. Moral. cap. 28.

Hypocrita callide novit, & occultare quod est, & ostentare quod non est: vera mala premit, & falsa bona demonstrat: atque ut majorem gloriam teneat, fingit se gloriam declinare: quia enim videt se eam sequendo apprehendere non posse, curat habere fugiendo. Idem, 26. Moral. cap. 28.

Hypocrite dum alios fallere volunt, occulto Dei iudicio permittitur, ut tunc ipsi potius intus fallantur. Idem, 26. Moral. cap. 29.

Hypocritis subtile malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, sine sanditatis. S. Chrysol. Serm. 7.

Quis magis impius, an profertus impietatem, an mentiens sanditatem? Bernard. ad Guill. Abbatem.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia pens ad hoc argumentum deprimi queat.

Hypocrita, quemadmodum illum definit Sanderus Hieronymus, ille est, qui operatur omnia in hominum conspectu, ut eorum sibi existimationem conciliet: Hypocrite sunt, qui quodlibet faciunt, ut ab hominibus glorificentur; qui videri vult eam habere virtutum, quam non habet, & qui ita se gerit, ut melior, quam re vera sit, existimetur. Hinc sequitur, eum qui toto pectore incumbit ad pietatem, & perfectionem, quæ sibi deest acquirendam, qui virtutis actionibus ad eam contendit, eamque æsequi adnititur, pro hypocrita atque dissimulato homine haberi neque potest, neque debet; quamquam sua agendi ratione ideas adstruat, quæ suam virtutem excedunt, quas qui considerant, illum credere possunt perfectiorem, quam re vera sit, majoribusque virtutibus præditum. De hoc homine iudicium ferendum est ex intentionibus illius, atque ex fine, quem sibi proponit, cumque eum non habeat finem, neque ea mente operetur, qua hypocrite, talis vere non est, & qui talem eum esse arbitraretur, seipsum falleret, & iniusti essent virtutis eiusdem æstimatores.

Hypocrite nomen ab histionibus desumptum est, qui in scenam aliam ludunt personam præter eam, quæ sibi est naturalis; talis ille est, qui modo Principis partes gerit, regis induitur vestibus, sermonem, corporis habitum, atque maiestatem imitatur; modo mulieribus ornatis se se in aliam personam immutat, atque fallit spectatores. Simili ratione hypocritam dicimus peccatorem, ac nefarium hominem, qui affectata pietate, exterioribus

que actionibus virtum bonum simulat. Itaque hypocritæ est fictio, & dissimulatio, quæ aliquis persuadere conatur se prorsus alium esse ab eo, qui vere est. Omnis enim hypocritæ est simulatio, licet non omnis simulatio dicenda sit hypocritæ. Ita, qui bene operatur ea tantum mente, ut hominibus placeat, non Deo; hypocrite est, non quod simulat bonum opus, quod facit, illud enim in se tale est, quale videtur; sed quod simulat se rectam habere intentionem, quam in corde non habet.

Hypocritæ ex diametro opposita est veritati, seu quod species est mendacii, seu quod hypocrite aliam fingit personam, quæ ipse non est, quod accidit quotiescumque peccator ab aliis vir bonus cupit haberi. Hoc tamen non prohibet, quominus hypocritæ cæteris etiam virtutibus possit opponi, quatenus potest aliquis simulare externos harum virtutum actus, licet eorum non habeat habitum; quemadmodum si ineruditus, & literarum expertus haberi vellet ab hominibus doctus, & literatus.

Hypocritæ in eo, qui sanditatem habere non vult, sed eam tantummodo simulare itur ab aliis eam possidere credatur, quamvis in corde suo illam contemnat, semper est mortale peccatum; privat enim animam gratia, & iustitia, quæ sanditatem constituit, quæ non nisi per solum mortale peccatum quispiam carere potest. Quod si hypocritam eum vocemus, qui abique eo quod sanditatem contemnat, quarit ab aliis existimari, quasi vir sanctus esset, & iustitiam vere possideret, quæ nihilominus ob aliquod lethale scelus delitutus est; tunc si quod simulat, charitati vel erga Deum, & vel erga proximum non adveniat, hypocritæ nona mortalis non erit; atque non secus, ac non omne mendacium peccatum grave est, neque omnis hypocritæ erit. In hypocritæ duo consideranda sunt; alterum est sanditatis defectus, alterum, ut ita dicam, huius sanditatis simulatio. Eam fingere sanditatem, quæ non habetur, si contemnatur, est peccata mortaliter; cum veniale peccatum sit eam fingere citra contemptum, dummodo actus, per quem simulatur, non sit criminosa, qualis est indigna confessio, aut communio, quæ ad populi admirationem aucupandum ferret.

Quamquam vulgo hypocritæ eo tendat, ut proximum fallat, atque in alienis mentibus conceptum excitet de iis meritis, quibus desitit sumus; adest tamen alia quædam hypocritæ oculorum, & delicatior, quæ efficit, ut homo sibi metipsum hypocrite fiat. Prior facit, ut egregia sanditatis specie alios decipiamus, posterior vero, ut nosmetipsos fallere gestiamus, nosmet meliores, quam vere simus, existimantes. Perique mortales in hoc errore versantur, quia honeste vivunt, neque sunt crassioribus vitiis obnoxii, qualia sunt fursum, appetit iniustitiam, adulterium, aliaque id genus; & præterea quia aliqua bona opera faciunt, licet vere putant virtutes præditos, licet anima spiritualibus vitiis fœdata sit superbia, avaritia, ambitione, invidia, vindicta. Non postrema est demeritis aut, illis, quos ex honestis hominibus perdere querit, per suadere, ut exteriora quædam bona opera faciunt, quæ pro vera, solidaque iustitia satis non sunt; sed satis, superque sunt, ut facientibus illa, inane gloriam insperant, eisque persuadent, ipsos iustos, ac bonos homines esse. Sed fallax hac virtutis species potius ad iactantiam, quam ad hypocritæ vitium refertur.

Quantum veritati mendacium, tantum falsæ virtutes veris adversantur. Mendacium veritatis personam, os, habitumque sumit; & hypocritæ, quæ non aliud est, quam fallax virtutis similitudo, omnia, quæ ad eandem pertinent, imitatur: Et quemadmodum solida, & sincera virtus animam, in qua reperitur, iustificat, eam perdit, & damnat, ita simulata tantummodo invenitur. Per hanc autem homo dupliciter nocens est, Sanctus Prosper inquit, & quod bonum, quod facere tenetur, si secundum Deum vivere vult, non facit; & quod præsertim similitudinem boni, quod sibi faciendum, ac sincere amandum esset, unica specie contentus, quæ sua vitia tegat, cum interim nequissimam vitam traducat. Ex moral. Dictionario.

Hoc omnibus vitiis commune est, quod unumquodque eorum divinam Maiestatem offendit; verum non desunt in illis discrimina, quibus alia ab aliis distinguantur. Hoc potissimum hypocritam inter, ac impietatem deprehendit. Impietas quippe vitium est, quod apertum præsertim divini cultus contemptum; manifesta Religioni est profanatio;

D. T. a. a. b. 9. 11. ar. 3.

Hypocritæ opponitur veritati.

Ibid. ar. 7.

Quodam peccatum sit hypocritæ.

Idem ar. 4.

Possimus quodam modo hypocritæ esse nobismetipsos.

Le hypocrite sicut veritas imitatur, licet iustitia opposita.

Impietas, & hypocritæ varie opponitur Religioni.

non querit latebras, non erubescit populi ora, & oculos, quæ re scandalum adfert; sed hypocritæ est contra nihil tantum extimetur, quam se se prodece, & agnosci. Impietas ut plurimum impudens est, & nisi legitis coercetur, se se quilibet occasione palam offendet; hypocritæ vero ingenium omnino oppositum est; eius agendi ratio callida est simulatio, ac iugis fallacia, quæ utitur ad contemptum, & confusionem evitandam, quam profecto mereatur, si detracta larva ab omnibus agnosceretur.

Pietatem inter, & hypocritam idem incedit discrimen, quod artem inter, atque naturam; ubi scitus pictor alius imaginem sicut referre coloribus, in eo totus est, ut ad vivum imitetur os, oculos, vultum denique totum illius, quem repræsentare contendit; in hoc tota illius ars, studiumque consistit. Sed e contra natura hominem emittens omnium diligentissime cor ipsum efformat, quia cor est vite principium. Ita facta pietas, atque hypocritæ, cum hominibus tantum placere contendat, exteriores tantummodo speciem intuentibus, & nihil ultra conspicientibus, hæret solum in illis, quæ videntur extrinsecus, & ut loquitur Scriptura, dummodo ovinam gerat pellem, non laborat, utram rapacium luporum cor habeat.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, Recentioribusque Concionatoribus huius argumenti.

Vitium quædam post se relinquit vestigia, quæ oculis perstrigunt, & quæ ignorari non possunt; mundus ipse illud condemnat, & pudor, quem secum trahit, satis illius foeditatem ostendit. Sed omnia hypocritæ, fideique devoti hominis vanitatis favent; populi laudes sibi conciliat, virtutis speciem gerit, quæ omnes admirantur, & quæ prohibet, ne illius appareat nequitia. Hypocrite pietatem tantam simulat arte, & imago adeo belle imitatur autographum, ut qui ingenio magis vult perspicaci, & ipsi nonnumquam fallantur. Adeo difficile est hos omnes obices superare, ut veritas intelligatur. Desumptum ex quodam Tractatu de Consuetudine.

Affectata pietati fidendum non est; ex quo in homine dignoscitur adfectatio, suspitionis locus adfert, non deesse dolum, atque cordis corruptionem hac pietatis simulatione celari. Et profecto adfectata pietas ut plurimum nihil est aliud quam peccatorum nimis insignium fuga, secretorum vero periculum, ubi aluntur, & amantur, cum illa oporteat odibile; exuntur factus, & nobilitatis insignia; abdicatur ea, quæ mundus luxum appellat; sed domi nulla desunt vite commoda, eaque inquirenda esse censentur, tamquam ipsius devotioris adminicula; pietatis quidem evitantur commercia, sed non desunt amici, quæ in singulis ferme horas invitantur; & fortasse libidinosi amores minus vult teneri, minusque perniciter illis, quos sibi devotio permittit, & qui innocentes vocantur. Idem.

Minus perurque artis, calliditatis, politicæque rationis in mundi, quam in hypocrite, negotiis invenitur, qui virtutis fuz æstimatores, præconesque conquirat, & vult ne minimam quidem silpis erogaret, aut visitationis charitatis specie obire, circumstantiam ignorat. Cum mundi spiritus hanc animet devotionem, eamque ad agendum impellat; agit tantummodo vi machinatorum suis dumtaxat temporibus, extra quæ nihil operatur. Qui falso devotus est, sua bona opera ostentat; nunquam prodit, nisi virtutibus circum undique stipatus. Superbus est, & se legit humilitate; caput inclinat; submissio vocis ton loquitur; Dei gratiam commendat, sed ut gratia huius admirantes effectus eum amemus, & in pretio habeamus, quæ hanc gratiam accepit. Cum his, quibuscumque confectis, de piis tantum meditationibus loquitur, deque interioribus gaudiis, quæ Spiritus Sanctus in ipso cor effundit. Quæcumque se se offerat occasio, austeram morum disciplinam præsertit; sed summa, nollet ingenii vi, ut dogmata dogmatibus conciliat, ubi in eo res posita est, ut seipsum crimine absolutum laboret. Generalia quidem effata austeræ sunt, sed eorum applicationes pro se, amicisque suis vult valde remissa. Ne cum illo disputare audeas de his, quæ ad pietatem pertinent; sed ubique tamquam prophætam vendicabit; irriso quælibet illum maxime vulnerat; & si vel minimum te de illis finitatem diffidere significaveris,

January Bibl. Foc. II.

te indignum venia scelus patrafce conclamat. Hypocrite nulli parcat. Illud ex eo characterie digpote, te nunquam fallat: ira, & ultio sub facta pietatis umbra delitescunt: æterno flagrat odio in eos, qui illius dolum detegere audeant. Denique hypocrite vita mixtio est aditorium vitorum, virtutumque apparetium: virtus illius est ex scelere suo lucrum percipere, quin pudore afficiatur; atque videri amatorem Dei, cum voce mundum depreat. Idem.

Nulli fuerunt Hæresiarum, si duos tantum elapso retro sæculi excipias, quorum libidines manifesta sunt, qui austeram morum disciplina, insignis charitatis officia, speciosus virtutibus, morum suavitate, honestate, atque urbanitate, exteriori corporis habitu ad pietatem composito, atque adfectatis mortificationibus magnam sanctitatis laudem adepti non fuerint. Itaque nunquam hac gravitatem, atque perniciosorem tentationem Ecclesiæ pella est. Externi horum hæreticorum mores egregii erant, nitidique; nihil sanctius, vel integrius eorum vita, nihil modestius vultu, nihil iustius voce, nihil magis sobrium mentis, nihil in speciem humilium eorum spiritus, nihilque eorum corde ad charitatem exerebantur promissis. Hi reipsa insignes erant hypocrite nequissimi contemnes vite sub inanem specie virtutis. Sola humilitas, & Ecclesiæ obedientia verum efficere potest iudicium hominis; eaque anã vere piam ab hypocrite, Catholicum ab hæretico distinguit; cætera vult illusum subiecta. Specioze devotiones, elemosynæ utraqz manu effusa, adfectata modestia, jeunia, austeritates, atque id genus vult æquiva signa egregiam quidem virtutum significantia, si ex humiliter, sinceroque corde procedant, fallam vero pietatem, & execrandam hypocritam, si ex hæretico nequam, veritateque proficiscantur. P. Craffet libro 2. de Fide & Virtute.

Religio veritatis in superstitionem; anima occultata lepra infecta sibi complacet in fucata pulchritudine sua, quam exterior mortificationis species inuentum oculis offert. Deplozabilis illiusio, quæ ab Evangelicis Phariseis in sæculi nostri hypocritas tranxit, qui similis sicut maledicto percussis, frondes tantum habent, inanemque speciem, quæ bonorum operum celant fertilitatem; qui religiosam præferant humanarum traditionum observantiam præferant divinis mandatis; in odium irreconciliabilem, in iudicium precipites, diligentes in exteriori calicis parte detergenda, cum intus facem, ac ultionis suæ fel relinquant; vestimentorum regularem normam confectantes, quia palam videntur, neque tamen vero maxime necessaria charitatis, & humilitatis officia, quia latent. Alterum quidem factum, alterum vero non omitamus. Profecto exterior pietatis habitus negligendus non est, eo quod fides illo ornata non desunt amici, quæ in singulis ferme horas invitantur; & fortasse libidinosi amores minus vult teneri, minusque perniciter illis, quos sibi devotio permittit, & qui innocentes vocantur. Idem.

Si mundi amore ducaris, omnes iustitiaz tuz horro sunt, & abominatio. Pro modo laboratis; mundus erit merces tua. Quot extremo iudicii die dicent; Domine, Domine, in nomine tuo prophetavimus, demonia eiecimus, ac plurima opera bona operati sumus; at illis reddet Jesus Christus; Nescio vos, discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. Hoc nomine ille appellat omnia hac virtutis phantasmata, quæ sæculi spiritu aniantur. O te miserum! carceres virtutis, Evangelium pauperibus annuntias, viduas consolans, agris affides, & nihilominus iniquitatem operaris, officis adeo sanctis perfungens; hominum quidem existimatio, & laus, quam in piis operibus aucuparis, omnem tibi eorum meritum auferunt. Idem.

Putasne diu te ferre posse hanc, quam simulat, personam? Credine populum semper hypocritæ tua deceptum iri? Crede mihi, illum male nosti; oculos enim habet magis perspicaces, quam reris. Sub pii hominis larva detegitur aliquando homo cupidus; ambitiosus; impudicus; ferus; acutus oris; pallis decidet; ac lapus detegitur. Difficile est, ubi in hominum lucem adeo callidus esses, ut omnium mortalem lucem falleres, non agnosci, quælis es. Sed licet etiam adeo callidus esses, ut omnium mortalem oculos falleres, nunquid teipsum fallere poteris? Nihil videtur magis caducum, & fragile; quam hac simulationem in eo, qui quilibet adhuc honoris, & religionis sensum fovet, Ubi.

Hæresiarum omnes ferre fuerunt hypocrite.

Omnes hypocritarum adiectiones ad celestem promerendum sunt inutilis.

Eiusdem argumenti.